

INDEX RERVM POTIORVM
IN LIBELLIS HOC ANNO MDCCCCLXVI
EDITIS OCCVRRENTIVM

Acta diurna ad discipulorum utilitatem Latine edita (Io. COPPA) II, p. 145.
Refert auctor de commentariolo, cui index *Acta diurna*, lingua Latina exarato, quod in Magna Britannia a quadam Societate editur, ut medii ordinis scholarum discipulis et utilitati sit et delectationi.

Alites (TH. CIRESOLA) IV, p. 279.

Hoc carmen, divae Franciscæ Xav. Cabrini dicatum, alterum præmium in Certamine Vaticano IX tulit.

Americæ Septemtrionalis Foederatarum Civitatum nomina Latina (C. EGGER), II, p. 94.

Nomina omnium Civitatum Foederatarum Americæ Septemtrionalis, præcipuarum urbium, incolarum auctor Latine reddit; horum plurima ex autochthonum, quos *pelles rubeas* vocitant, sermonibus vulgo repetuntur, nec pauca ad linguam Anglicam, Gallicam, Hispanicam, Germanicam revocantur.

Apulei (de) testimonio ad vocum *Venus, veneror, venia* originem et significationem pertinenti (AEL. PASOLI) III, p. 192.

De loco quodam auctor sermonem instituit, qui, ineunte fabula quæ nuncupatur *de Amore et Psyche*, in quarto Apulei libro legentibus observatur, ad critice scilicet constituendum textum. Qui locus in omnibus codicibus, præter unum, sic legitur: *Multi denique civium et advenæ copiosi ...* (scil. *puellam*) *ut ipsam prorsus deam Venerem religiosi adorationibus* (Met. 4, 28, 3).

Armilla (*epigramma* F. M. BRIGNOLI) IV, p. 302.

Carthusiana domus (V. BRACCO) II, p. 147.

De quodam Carthusianorum coenobio deque eius fama, vita fit sermo, ab eius ortu ad nostra usque tempora.

Catonis carmen de moribus (Io. B. PIGHI) I, p. 31.

Quinque auctor describit sententias, ad quendam Catonis librum pertinentes, qui, ut apud Gellium legimus, *Carmen de moribus* inscribitur. Cum multi odierni temporis philologi concluderint illum Catonis librum, cuius oratio soluta videatur, versibus esse scriptum, aliis vero contra visum sit, Io. Pighi suam proponit perdifficilis quaestionis enodationem.

Cecoslovachiae (in) scholis lingua Latina iterum traditur (Io. COPPA) II, p. 144.

In Cecoslovachia scholæ illæ, quæ ab humanitate nomen accipiunt, anno MDCCCXLVIII publicæ auctoritatis decreto abrogatæ, in pristi-

num statum restitutae sunt. Quam ob rem humanitatis studia, in primisque linguae Latinae, iterum discipuli eligere poterunt.

Certaminis Vaticani IX exitus, II, p. 83.

Certamen Vaticanum X indicitur, II, p. 85.

Certamine (in) Vaticano praemia victoribus a Paulo VI, Pont. Max., tributa (C. EGGER) III, p. 168.

Commode factum est ut, cum sodales Conventus linguae litterisque Latinis fovendis, qui Romae agebatur, ad Summum Pontificem in Vaticanis Aedibus aditum haberent, simul ii, qui e Certamine Vaticano victores discessissent vel laude ornati essent, ab eodem Ecclesiae supremo Magistro praemiis constitutis afficerentur.

Conventus litteris Latinis linguaeque fovendis, I, p. 69.

Singula lectoribus offeruntur, quae de argumentis deque oratoribus ad Conventum Latinis litteris linguaeque fovendis pertinentibus constituta fuerint, curante Instituto Romanis Studiis provehendis.

Conventus omnium nationum Latinis litteris linguaeque fovendis (IO. COPPA) III, 226.

Hac commentatione paucis auctor certiores facit lectores de acroasibus, quae in Conventu, mense Aprili Romae habito, dictae sunt, deque ceteris commentationibus, quibus praesentes de singulis argumentis suum iudicium praetulerunt; de potioribus praeterea rebus ex ordine refert ut, actis in publicum nondum evulgatis, illius Conventus pondus atque significatio saltem in universum intellegantur.

Dantes Alagherius ab Oecumenica Ecclesiae Synodo concelebratus (N. CASINI) I, p. 13.

Id. Nov. superioris anni posteroque die, plurimi Oecumenicae Synodi, quae Romae habebatur, sacrorum Antistites, praeunte Summi Pontificis legato, Florentiam convenerunt, ut clarissimum Italicum poetam sollemniter celebrarent, septimo ab eius ortu saeculo exeunte. Quod publicum consilium annum a Dante nuncupatum, ex eo quod in Italia et apud gentes plurimas eius scripta commemorata atque explanata sunt, ita conclusit, ut, qui singulari ingenio humanum excessit modum, ille divina quadam praedicatione dignus habitus sit.

De musica (IOS. DEL TON) I, p. 49.

Interpretatio Latina cuiusdam Hispanici carminis, Francisco de Salinas dicati.

De numeris (*carmen* VAL. DE MARCHI) II, p. 117.

De re nautica vetere (IO. B. PIGHI) IV, p. 243.

Vt recte dilucideque nonnulli *Aeneidos* versus declarentur (*Aen.* V, 700-871; VI, 1-5; 298-304; 326), quaedam de re nautica vetere clarissimus auctor dicit, deque navibus quae Aeneae temporibus fuerunt. Adnotationes idem addit, eruditionis plenissimas, et quattuor verborum indices, Graecorum scilicet, Latinorum, Italicorum, auctorum, quae tractatus continet.

Descriptiunculae (VL. MAGRINI) II, p. 152.

Cuidam sylviae atricapillae; de luscinae cantu.

Elegia (*carmen* IOS. VENTURINI) I, p. 67.

Equo ire (ALF. TRAINA) IV, p. 289.

Quaestioni auctor scite respondit num recte dici possit *equo ire* pro eo quod est *equo vehi*.

Euripidei (de) codicis fragmento nuper reperto (G. ZUNTZ) IV, p. 284.

Haec oratiuncula in Conventu Studiorum Classicorum, ut dicunt, hoc anno Matriti habito, dicta est.

Gemmulae pratenses (H. TONDINI) I, p. 44.

Novem inscriptiones, quarum hi sunt tituli: Pluviae maestitia; Donandi gaudium; Felis immanitas; Vir constans; Quid avibus cum humanis casibus?; A matre non dissociandus infans; Parentes infantulae praemortuae; Ad infantem morte praereptum; In sepulchro amici vespere defuncti.

Graecae et Latinae linguae docendae celebratus ex Europa conventus (IO. COPPA) II, p. 145.

Huiusmodi conventus Amstelodami hoc anno habitus est, cuius commune argumentum fuit quid linguae Graecae et Latinae traditio sibi proponat quibusque auxiliis in Europae regionibus haec institutio ad effectum deducatur, scholis praesertim consideratis, quae altioris gradus sunt.

Honoratus Tescari vita functus (P. CIPROTTI) III, p. 173.

Honorati Tescari memoria repetitur, qui fuit insignis Latinarum rerum cultor idemque e Collegii viris, quod hisce Commentariis moderandis praeest.

In ascensione (IOS. DEL TON) II, p. 140.

Interpretatio Latina carminis Hispanici *En la Ascensión* Aloisii de León.

In mediocrem poetam (*epigramma* C.A. NVRI) I, p. 71.

Inscriptionibus (de) Latinis ad honorem Deiparae Virginis Mariae, ab Antonio Angelini e S.I. compositis (INN. PARISELLA) II, p. 125.

Ex plurimis Antonii Angelini inscriptionibus, quae universae MMDCCCLVI numerantur, de iis auctor titulis tractat, qui ad honorem Beatae Mariae Virginis compositi sunt. Quorum granditatem ut lector percipiat, sermonis elegantiam et perspicuitatem verborumque delectum et proprietatem auctor describit, nonnullis allatis, qui singulari pulchritudine nitent.

Inter legere et scandere plurimum interesse (IO. B. PIGHI) II, p. 87.

Cum in scholis persaepe quaestiones oriantur de accentu et tono, de percussione et ictu deque legendorum versuum ratione, suam auctor

sententiam prodit, locis nonnullis auctorum veterum allatis, quos cum alii tum Iacobus Vendryes et Matthaeus Nicolau, viri doctissimi, acrius atque attentius interpretati, congesserunt.

Laboris socius (*carmen* IOS. MORABITO) III, p. 187.

Carmen hoc in Certamine Vaticano IX aureo nomismate ornatum est. Libri dono accepti, I, p. 68; II, p. 160; III, p. 240; IV, p. 320.

Librorum existimationes:

AMBROSI G., *Dantis iter in Deum* (iudicium fecit F.M. Brignoli) IV, p. 303.

ARICI A., *Terenzio: Commedie* (iudicium fecit R. Marsiglio) I, p. 77.

BARALDI G., *Curzio Rufo: Storia di Alessandro Magno* (i.f. R. Marsiglio) I, p. 77.

CALIO' G., *Il latino cristiano* (i.f. C. Latorre) I, p. 79.

CANALI L., *Cesare: diario di guerra* (i.f. C. Latorre) I, p. 78.

CASTIGLIONI-MARIOTTI, *Il Vocabolario della lingua latina* (i.f. R. Marsiglio) IV, p. 308.

CHEREL J.-IOANNIDI H., *Le grec sans peine* (i.f. C. Latorre) IV, p. 312.

CONDEMI A., *M. Terentii Varronis: Antiquitates rerum divinarum* (i.f. C. Latorre) III, p. 236.

CUPAIUOLO F., *Studi sull'esametro di Catullo* (i.f. F.M. Brignoli) I, p. 75.

D'AGOSTINO V., *La versione latina* (i.f. C. Latorre) I, p. 79.

D'AGOSTINO V., *Tacito: il libro IV delle Storie* (i.f. R. Marsiglio) II, p. 156.

DELLA CORTE F., *Gregorio Magno: L'Italia dei miracoli* (i.f. C. Latorre) I, p. 78.

EICHENSEER C., *De lacu Brigantino congelato* (i.f. C. Latorre) IV, p. 311.

FREIRE A., *Grécia Antiga e Grécia Moderna* (i.f. Inn. Parisella) II, p. 158.

FREIRE A., *Grego moderno* (i.f. P. Di Stante) III, p. 237.

GASPAROTTO G., *Isidoro e Lucrezio* (i.f. C. Latorre) IV, p. 310.

GIACOMELLI G., *La lingua Falisca* (i.f. Io. B. Pigghi) I, p. 76.

MARIUCCI TH., *Sacri Lapides* (i.f. C. Latorre) IV, p. 311.

MARMORALE E. - ASSERETO A.M., *Petronio: una cena e una beffa* (i.f. C. Latorre) I, p. 78.

MC DONALD A., *T. Livi ab Vrbe condita ll. XXXI-XXXV* (i.f. I.M. Mir) III, p. 232.

MENZIONE A., *Ovidio: le Metamorfosi* (i.f. P. Ciprotti) III, p. 234.

PAOLI U.E. - PAOLI M. - CASINI N., *Antiquam exquirite matrem* (i.f. R. Galligani) III, p. 238.

PIANEZZOLA E., *Gli aggettivi verbali in -bundus* (i.f. I.M. Mir) III, p. 231.

PIAZZINO C., *Latinitas; Humanitatis magistra; Levia-Gravia; Domina Gentium* (i.f. R. Marsiglio) III, p. 233.

PIGHI G.B., *La corrispondenza poetica di Dante e Giovanni Del Virgilio e L'egloga di Giovanni al Mussato* (i.f. I.M. Mir) II, p. 155.

PITTÀNO G., *Dizionario latino-italiano e italiano-latino* (i.f. O. Rizzato) II, p. 157.

PITTANO G.-CODRIGNANI G., *Latino, lingua viva per la scuola media* (i. f. A. Rizzato) IV, p. 309.

RAITH O., *Petronius, ein Epikureer* (i. f. C. De Meo) IV, p. 305.

VALGIGLIO E., *Plutarco: De Fato* (i. f. C. De Meo) IV, p. 307.

WATT W., *M. Tulli Ciceronis epistulae ad Atticum* (i. f. I. M. Mir) III, p. 235.

Linguae Latinae per terrarum orbem fortuna (Io. COPPA) II, p. 141; III, p. 226.
Pauli VI, Pont. Max., verba de L. Annaeo Seneca. Sacri Consilii de Seminariis studiorumque Vniversitatibus normae de lingua Latina in sacra Liturgia. Perillustrium virorum rogatio de lingua Latina ac de cantu Gregoriano. In Malaysia sacrorum alumni Latine loquuntur. In Cecosloviae scholis lingua Latina iterum traditur. Celebratus ex Europa conventus linguae Graecae et Latinae docendae. Latina acta diurna ad discipulorum utilitatem edita. Latinis litteris linguaeque fovendis omnium nationum conventus Romae celebratus.

Litteris (ex) nobis redditus, II, p. 153.

Luminare maius (IOACH. PETROLI) III, p. 178.

Hac commentatione, quae in Certamine Vaticano IX aureo nomismate ornata est, solis laudes auctor canit, etsi infinita prope series eorum fuit, qui ab Homero Hesiodoque, aliquo Musarum ingenio praediti, tam magnificae mirificaeque rei, saepe etiam praestantissima arte idem fecerunt.

Malaysia (in) sacrorum alumni Latine loquuntur (Io. COPPA) II, p. 143.

In sacro Seminario insulae Penangensis, in Malaysia, postquam CCC fere annis ante statutum est, ut lingua Latina seminarii propria esset, ea adhuc in publico et cotidiano doctorum atque alumnorum sermone usurpatur, eo etiam tempore, quo ad animi remissionem ludumque discipuli descendunt.

Navigatio in incognitum (*carmen* Io. K. NEWMAN) I, p. 24.

Hoc carmen argenteo nomismate donatum est in Certamine Vaticano VIII.

Ne quid nimis (*epigramma* F. M. BRIGNOLI) IV, p. 301.

Nomen omen (*epigramma* F. M. BRIGNOLI) IV, p. 301.

Non, si male nunc, et olim sic erit! (H. DE FRANCO) I, p. 72.

Iniqua prorsus ea postremi belli tempora, cum velivolantes hostium esse-dae in urbium tecta impie incursitabant. Quamvis autem adhuc metus eum invadat, sollicitum scilicet ac dubitantem sibine suisque mortem e caelo allatam in posterum quoque effugere detur, confidit tamen auctor fore ut saeva Martis munera ex civitatum finibus arceantur et candida tandem pax in terris vigeat.

Normae de lingua Latina in sacra Liturgia (Io. COPPA) II, p. 142.

Sacrum Consilium Seminariis studiorumque Vniversitatibus praepositum lingua Latina conscriptum libellum edidit, quo normae suadentur ad sa-

cram Liturgiam penitus intellegendam atque in vitae exercitationem inducendam.

Nova quaedam vocabula (H. TONDINI) II, p. 136.

Sciscitanti Germano viro auctor respondit deque quinque vocabulis agit, e sermone Italico, Gallico, Anglico, Germanico atque Hispanico in Latinum convertendis.

Orbis quadratus (*epigramma* F.M. BRIGNOLI) IV, p. 301.

Pauli VI, Pont. Max., ad Sociatarum Nationum Consilium oratio (Latine vertit TH. MARIUCCI) I, p. 3.

De illa oratione agitur, quam Summus Pontifex, a.d. IV Non. Oct., anno MDCCCCLXV, Novi Eboraci, in maximo Sociatarum Nationum oecu de pace habuit. In ea frequentissimos Nationum legatos oratoresque hortatus est, ut universae terrae populos ita fraterna caritate vinciant, ut ad iurium aequabilitatem invicem agant, alii contra alios numquam omnino sint, immo ut alii omnimode aliis faveant, iis nixi principiis, quae a nulla alia re quam a fide Deo adhibita et dignitatem obtinent et robora sumunt.

Pauli VI, Pont. Max., de Seneca verba (Io. COPPA) II, p. 141.

A.d. III Id. Nov., superiore anno, cum XIX expletum saeculum a L. Annaei Senecae obitu Romae celebraretur, cura Instituti ex omnibus Nationibus studiis mutisque civilis cultus necessitatibus fovendis, Paulus VI, Pont. Max., omnes qui conventui aderant coram admisit eosque sermone, Senecae auctoritatem illustrante, allocutus est.

Pauli VI, Pont. Max., oratio de lingua Latina, III, p. 163.

Augustus Pontifex, cum eos, qui IV Conventui ex omni natione linguae litterisque Latinis fovendis, Romam congregato, intererant, coram admitteret, hanc orationem, copiosam et ornatam, de sermonis Romani dignitate, momento, discrimine, spe ad eos habuit.

Paulus VI pacifer (*carmen* V. GENOVESI) III, p. 170.

Petri (ad) Bruno memoriam et recordationem (Ios. MORABITO) III, p. 175.

Grata memoria Petrum Bruno auctor prosequitur. De quo hic est sermo hac praecipua de causa, quod unus e viris fuit, qui hisce Commentariis moderandis edendisque operam darent, quodque per eosdem Commentarios multa sui ingenii specimina in lucem protulit.

Pecten argenteus (*epigramma* F.M. BRIGNOLI) IV, p. 302.

Pecten eburneus (*epigramma* F.M. BRIGNOLI) IV, p. 302.

Remoti temporis memoria (Ios. MORABITO) I, p. 51.

Veterum chartarum fasciculos ac folia seligit ac puerilem libellum auctor se invenisse fingit, quem et pervolutare; ita ad primum aetatis tempus remeat, et nota loca revisit, et suos iampridem vita functos sibi alloqui videtur.

Responsa ad propositas quaestiones (ALF. TRAINA) III, p. 206; IV, p. 289.

Rogatio de lingua Latina ac de cantu Gregoriano (IO. COPPA) II, p. 142.

Perillustres quidam viri, in doctrina et artibus rogaverunt, ut linguae Latinae usus atque cantus Gregorianus, qui dicitur, in sacra Liturgia saltem in Monachorum templis servarentur, ut indemne scilicet custodiretur praeclarum illud civilis cultus et humanae mentis patrimonium.

Rosa (*epigramma* F.M. BRIGNOLI) IV, p. 302.

Sacerdotibus (de iis) qui Rhegi in Brutiis Latinas litteras coluerunt (IOS. MORABITO) IV, p. 292.

Quaedam brevi auctor exponit de aliquibus sacerdotibus, rerum Latinarum apprime peritis: de Iosepho Morisano, Caietano Paturtio, Didaco Vitriolio, Aloisio Tripepio, Christophoro M. Assumma, Io. Baptista Moscato, Iosepho Romeo, Aloisio Nostro.

Sol noster (*epigramma* F.M. BRIGNOLI) IV, p. 302.

Tusculanarum disputationum (in) librum III 24 adnotatio (N. MARINONE) I, 40.

Duplicem emendationem auctor proponit illius *Tusculanarum disputationum* loci, libris plerumque traditi: *altera cupiditas quae recte vel libido dici potest quae est immoderata adpetitio opinati boni magni rationi non obtemperans vel cupiditas recte vel libido dici potest.*

Virtus quid in Ciceronis *de amicitia* libro valuerit (G. PACITTI) I, p. 35.

Explorat auctor quae sit in Ciceronis *de amicitia* libro vocis virtutis vis, quid ista vox sonet valeatque, quibus vocibus quibusve sententiis se sociam pedetemptim addat, ut suum expleat munus.

Vocabula quaedam ab Italico in Latinum sermonem reddenda (ALF. TRAINA) III, p. 206.

Lectoris quaestioni respondit auctor de vocabulis quibusdam Germanicis in Latinum vertendis. Quibus plurima alia vocabula addit, quomodo de lingua Italica Latine reddantur.

RINVS MARSIGLIO